

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 47. Additio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. 42. Additio.

**A**d quem appellare debeat exempti? Nota quod sententiam D. Autoris hoc loco numero secundo propositam confirmavit Sacra Congregatio: proposito enim dubio, an cum Episcopi procedunt uti Sedis Apostolicae delegati in causis, quæ alias sub eorum iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, possit ad alium quam ad Sedem Apostolicam appellari? Congregatio respondit non posse, uti in casu Concilii Trident. cap. 3. sessione 6. & cap. 4. sess. 14. cap. 9. siff. 21. resuit Fagnan, in cap. ad audiendum numero 47. de Eccles. adiūc. Ratio est, quia ubi Episcopi procedere non possunt nisi jure delegato, necessario erit appellandum ad delegantem. cap. super de officio deleg. C. licet de officio Ordin. Marian. Socin. conf. 83. num. 5. lib. 4.

Ad Quæst. 47. Additio.

**C**apitula an iurisdictionem habeant in Capitulares? Negativa simpliciter ve-  
rior est, loquendo de ordinaria iurisdictione per ea qua notat Abb. in cap.  
cùm causa numero 7. de officio deleg. & sequitur *Auctor noster infra part. 3. cap.  
71.* At si de modica coercitione, vel de ordinatione eorum, quæ ad bonum  
Ecclesie regimen pertinent, etiam communī jure Capitula potestatem statuendi,  
& coērcendi habere videntur, ut colligitur ex cap. cùm omnes de consu. cap. un.  
us sed. vat. in 6. Felin. in d. cap. cùm omnes. numero 9. & bene Suarez de legibus hb.  
4. cap. 6. numero 11. & 12. Rota decis. 76. numer. 3. par. 7. & decis. 210. num. 9.  
par. 17. recent.

Conuetudine autem qualibet Capitula etiam Ecclesiarum Cathedralium ac-  
quirere possunt jus & potestatem corrigendi & puniendi excessus Capitula-  
rium. cap. irrefragabili, §. excessus ubi DD. de offic. Ordin. Etiam per distri-  
ctionem corporalem & censuras. Rota decisione secunda de prescript. in novis  
& coram Mohedano decisione secunda de foro compet. Et exkluso Episcopo qui  
solum in casu negligentiae Capituli procedere poterit. d. capite irrefragabi-  
li. §. excessus de offic. Ordin. que tamen consuetudo excludendi Episcopum ho-  
dionon prodest Capitulis, nisi ad hoc solum, ut Episcopus extra visitationem  
ad correctionem excessuum procedere volens, teneatur idipsum facere cum con-

Yy 2

filio

lio & assensu duorum Capitularium initio cuiuslibet anni à Capitulo eligendom, ut disponitur in Concil Trident, sess. 25. cap. 6. latè Fagnan. iud. cap. mrefragabili §. expressus à num. 9.

Sunt tamen casus speciales, quibus Episcopus solus corrigerere potest, vel si totum Capitulum nimine excepto delinquisset. *Rotatoram Seraphino daf. 117. num. 1. & seqq. & in casu Clerici concubinatus, cuius coercionem Episcopo relevavit Concil Trident. sess. 25. cap. 14. de reform. uii decidi Rota decif. 55. n. 5. pars. secundum.*

## DECISIO LXXX.

Decanus & Capitulum alicujus Ecclesiae Collegiatæ possunt præscribere potestatem excommunicandi, incarcerandi, & coercendi Canonicos, Vicarios & Beneficiatos delinquentes.

*Decisio 2. de præscript. in no-vis.*

### S U M M A R I U M.

1 Prescribi potest per Capitulum potestas coercendi Capitulares.

2 Iudicare & excommunicare non sunt finctus iurisdictionis, sed potius la-

bore & onus.

3 Possessio iurisdictionis annullatur.

**F**uit dubitatum & in relationibus positum, utrum Decanus & Capitulum aliquis Ecclesiae Collegiatæ possent præscribere potestatem excommunicandi, incarcerandi, & installandi Canonicos, Vicarios, & alios Beneficiatos illius Ecclesiae delinquentes? Super quo dubio fuit solemniter per Advocatos in publicis relationibus allegata & tractata materia meri & mixti Imperii; & quia predicta videbantur meri imperii, & spectantia non ad se, sed ad Principem. Utin L. Imperium ff. de juris d. omn. iud. Ergo non videbantur præscripti bilia, sicut nec delega-

bilia